§.8. Cum ergo prædictis rationibus Patris Generalis serio per nos, diligenterque disculis, illasque piissimi Regis animum ad procurandam Alternativam excitarent, præponderare judicaverimus prædictam Alternativam, tanquam unicam, & efficacem remedium, ne dissensiones in dies inter Religiosos ingravescentes ad majora scandala degenerarent, statuendam duximus, eandemque, in qua unanimiter per legitimos Procuratores, ut præfertur, tota Provincia convenerat, auctoritate Apostolica nobis desuper concessa, & qua in hac parte fungimur, determinamus, & statuimus, & ne ullo unquam tempore quavis causa, aut quæsto colore infringi valeat Literas has in forma Brevis in Libro Provinciae inferendas expediri mandavimus.

§.9. Cum itaque in Pontificio Diplomate præcipiatur, quod Alternativa fiat omnium Officiorum, graduum, dignitatum, & suffragiorum facta assignatione filiationum, & auditis Procuratoribus a tota Provincia constitutis, prout diximus, matureque, ac minutim discussis, examinatisque iis omnibus, de quibus fieri solet provisio in Capitulis Provincialibus, opus hoc in melius Dei servitium, communeque Provincie bonum semper cessatur, adjuvante eodem Domino, sperantes, statuimus, & mandamus, quod in omnibus fiat electio Provincia-

Causæ ob quas a Nuncio iterum in Africa fuit assignativa.

Modus quo fieri debeat assignativa.

lis ex una filiatione, & sequenti Capitulo fiat ex altera indispensabiliter. Et mutetur Ordo Conventuum, itaut Conventus, qui in primo Capitulo fuerint assignati Patribus filiationis Conventus Domine Gratiarum, in sequenti Capitulo assignentur Patribus alterius filiationis, scilicet Conventus Domine de Penha de Franca, ut sicut Provincialis in quolibet Capitulo mutatus de una filiatione ad alteram, ita etiam Conventus mutentur de una filiatione ad alteram, ordine infra scripto. Ex filiatione Provincialis semper erunt Conventus sequentes, Primo Provincialis. 2. Collegium Conimbricen. 3. Conventus Domine de Penha de Franca. 4. Conventus de Villa Nicoza. 5. Conventus Ulyssiponen. 6. Conventus de Pena Firmet. 7. Conventus Leirien. 8. Conventus Albicafrensis. 9. Conventus de Fanira. 10. Conventus de Pontadegada. 11. Conventus Angren. Primus Diffinitor, & Tertius Diffinitor, unus Visitator, Secretarius Provinciae, duo additi Diffinitores. Ex altera filiatione erunt Conventus sequentes, scilicet, Conventus Domine Gratiarum Ulyssiponen. Secundo. Collegium Bracharen. Tertio. Conventus Eboren. Quarto Conventus Santarenis. Quinto Conventus Portuen. Sexto. Conventus de Torres Vedras. Septimo. Conventus Montemor. Octavo. Conventus de Loule. Nono. Conventus de Lamego. Decimo. Conventus de Arronchez. Undecimo. Conventus de Praya. Secundus Diffinitor, & Quartus Diffinitor, unus Visitator, Procurator Provinciae. Duo additi Diffinitores, facta hac æquali divisione, eodem modo dividantur Superiores, Confessores Monialium, & omnia Officia Conventuum, itaut Superiores, Confessores Monialium, & Officiales omnes sint ejusdem filiationis, ac Prior, exceptis tantummodo Discretis, ac Depositariis, qui dimidiabuntur per ambas filiationes, cum sint Officia, quæ specialem requirunt capacitatem, & æqualiter debent dividi in omnibus Conventibus, ita etiam dividantur Examinatores in Collegio Conimbricen., & in Conventu Domine Gratiarum Ulyssiponen., taliter ut in Collegio Conimbricen. sit unus tantummodo Examinator ex filiatione Provincialis, & duo ex altera filiatione. In Conventu vero Domine Gratiarum erunt duo ex filiatione Provincialis, & unus ex altera filiatione. Et si forte valuerit aliquis Prioratus, vel aliud quodcumque Officium ante Capitulum, erit eligendus ex eadem filiatione. Provincialis in toto triennio recipiet tantummodo viginti Novitios ad Coronam, & in illorum susceptione servari debent Constitutiones, & Decreta (considerata Novitiorum conditione,) pro Laicis autem duo tantum acceptari debent in eodem triennio, & omnes Novitii post Professionem assignabuntur eidem filiationi Provincialis. In quolibet Capitulo sient duo Lectores Artium, quilibet ex sua filiatione, etsi non fuerint in eodem Collegio Conimbricen., variabuntur, itaut, nec semper Lector Artium in Conimbricen. Collegio sit ex una filiatione, sed in uno triennio ex una, & in alio ex alia, si vero non fuerit conveniens aliquando, nisi unus tantummodo cursus Artium, observabitur Alternativa in sequenti cursu. Sic etiam sient substituti Artium, ac Theologie æqualiter, itaut non possit unus Provincialis facere ex una filiatione quin-

De Provincialibus, Officialibus Provinciae, & Canonibus.

De Superioribus, & Officialibus Conventuum.

De Examinatoribus.

De electione Officialium ante Capitulum. De Novitiis.

De Lectoribus, & Judicibus.



etiam ex alia sumat aliud, vel alios, ut equaliter distribuatur per ambas filiationes Lectores, qui sicut semper ex ipsis substituitur tempore debito, servato Ordine Religionis, ac semper per oppositionem factam in Collegio Conimbricensi, ubi omnes Magistri, & Lectores erunt Judices, vel in Conventu Ulyssiponen. Dominae Gratiarum, ubi omnes Magistri Ordinis Ulyssipone degentes cum Provinciali erunt Judices. Lectores Theologiae Moralis in Cathedris publicis non sicut, nisi servato Ordine Alternativae, etsi fieri posset ex Lectoribus habentibus novem annos Lecturae Theologiae speculativae, vel Philosophiae, & tunc computentur dictis Lectoribus anni sicut si fuisset Theologiae speculativae. Ex Lectoribus habentibus novem annos Theologiae speculativae, vel Philosophiae, si non dentur eis Cathedrae publicae Theologiae Moralis, eam legere in Collegiis per ultimos tres annos indispensabiliter teneantur; Lectores vero Theologiae Moralis non habentes novem annos Lecturae Theologiae speculativae, vel Philosophiae, non eis computentur anni ad jubilationem, sed duo pro uno computentur, & ad minus habeant quatuor annos Theologiae speculativae, vel Philosophiae, ut possint jubilarum, quod indispensabiliter deinceps observabitur. Magisteria, & Praesenturae de numero a Reverendissimo provideantur, servato etiam ordine filiationis, ut haec vota dividantur aequaliter per ambas filiationes, itaut si in principio assignentur plura uni, quam alteri filiationi, quoad usque perveniat ad numerum aequalem, & sint tot Magistri ex una filiatione, & tot ex alia, similiterque in praesentatis, & deinceps erit providendum ex illa filiatione unde vacaverit. Magisteria ex gratia concessa Patri Generali etiam dividantur aequaliter servato ordine Alternativae, & quod non dentur, nisi Lectoribus Jubilatis postulatis a Diffinitorio. Si Provincialis renunciaverit, vel obierit ante triennium completum, succedat Rector Provincialis ejusdem filiationis Provincialis demortui, vel renunciantis, & hoc usque quo Pater Generalis provideat de Rectore Provinciali, quae electio fieri debet a Reverendissimo ex Patribus ejusdem filiationis Provincialis demortui, vel renunciantis. In Capitulis Praesidens semper erit eligendus a Reverendissimo ex filiatione Provincialis deficientis, & nunquam ex filiatione Provincialis eligendi. Duo Visitatores Provinciae eligantur juxta Alternativam, unus ex una filiatione, & alius ex alia, & deficiente quolibet ante Congregationem succedat alius ejusdem filiationis Capituli proximioris, etsi nullus inveniatur illius filiationis, qui succedere possit, eligentur a Diffinitorio alius ejusdem filiationis, sicut si deficiat post Congregationem. Eo triennio, quo erunt eligendi Diffinitor, & Discretus ad Capitulum Generale, fiat ex una filiatione Diffinitor, & ex alia Discretus, itaut Diffinitor Generalis in uno sexennio sit ex una filiatione, & Discretus ex alia, & in alio sexennio viceversa, ut aequaliter etiam procedatur in his electionibus.

§.10. Utque omnia in his literis contenta exacte cernantur, desideratimque perpetuae Provinciae tranquillitatis finis consequatur, praecipimus, quod omnia in hisce nostris Apostolicis Literis de nianimi totius Provinciae consensu disposita, in Libro Provinciae, & in alio ad hoc

De Magisteriis, & Praesentaturis.

De Officiis Provincialis, si ante Capitulum vacaverit ac de Capituli Praesidente.

Quaedam praecipuntur pro executione alternativae.

specialiter determinando adnotentur, ac in eo sub fide Secretarii Provinciae numerentur, & describantur omnes unius, alteriusque filiationis fratres, tam ex jure de praesenti assignatis, quam in futurum assignandis sub poena privationis vocis activa, & passiva, cui irremissibiliter subiacentur singuli, qui praedictarum filiationum subscribi noluerint; quia vero aliqui de praesenti reperiuntur, qui, vel propter absentiam, vel propter professionem tempore prius a Nobis praescripto non emissam, vel propter aliam rationabilem causam neutri ex dictis filiationibus additi sunt, ut omnis in posterum fraudulentiae occasio evitetur, mandamus, quod omnes, & singuli Religiosi Professores cuiuscumque gradus, & conditionis existant, qui usquemodo non sunt quovis titulo adscripti filiationem eligant, & in praefato Libro ad hoc specialiter destinando intra tempus duorum mensium a praesentium publicatione, & qui in posterum Professionem emittent, intra idem tempus a die Professionis computandum adscribantur sub poenis in nostro primo Decreto jam taxatis ipso facto irremissibiliter incurrendis, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Ordinis, & Provinciae statutis, & consuetudinibus, quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. In quorum fidem praesentes manu nostra firmatas fieri, & subscribi, sigillique nostris iussimus impressione muniri. Datum Ulyssipone in Palatio nostrae solite Residentiae hac die 20. Mensis Junii anno 1703. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Clementis Papae XI. anno tertio. = Loco + Sigilli. Franciscus Ignatius de Ferrantibus Secretarius, registratus libr. 3. fol. 17. Joannes Dominicus de Honoratis Registrator = Michael Angelus Archiepiscopus Tarfen.

§.11. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, quo firmiora sint, & serventur exactius illa, quae Apostolice muniminis praesidio roborantur Nobis propterea memorati Petri Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.12. Nos igitur piis ejusdem Petri Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, alternativam hujusmodi a praedicto Michael Angelo Archiepiscopo, & Nuncio factam, ut praefertur expeditaque desuper illius patentes Literas praefertur cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.13. Decernentes eandem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditorum judicari, & de-

Preces Regis Lusitaniae pro confirmatione praed. Statutorum.

Confirmatio alternativae, & relaxatum Nunci.

Clausula.

& definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.14. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praedictorum Ordinis, & Provinciae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCCIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Dat. 11. Junii 1704. An. 4.

Conceditur Indulgentia Plen. perp. pro Ecclesia Ord. Servorum B. M. V. Dominica tertia Septembris.

Alia Indulgentia extant Clem. X. Const. ed. 1672, Jul. 4, P. 3. Et Bened. XIII. Const. ed. 1728, Jan. 19, P. 5.

CLEMENS PAPA XI. Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

Preces Procuratoris Goa.

Concessio d. Indulg.

Clausula.

Injunctis Nobis divinitus Apostolicae servitutis ratio postulat, ut Celestium munerum, thesauros dispensationis nostrae a Domino creditos fideliter erogemus; cum id ad augendam Fidei religionem, & animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilecti filii Joannis Petri Bertazzoli Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. Mariae Virginis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, & sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quoruncumque Conventuum dicti Ordinis, tam haecenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque Locorum existentibus, Dominica tertia mensis Septembris a primis Vesperis usque ad occasum Solis Dominicae hujusmodi, annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valiturus. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem, prorsus fides ubique locorum adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem,

sub Annulo Piscatoris die XI. Junii MDCCIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXVI.

Confirmantur quaedam Decreta Conventus Generalis Congregationis Missionis declarantia Constitutiones, cum extensione excommunicationis latae sententiae contra ambientes Praefecturas.

Dat. 9. Sept. 1704. An. 4.

Lata fuit praed. excommunicatio a Clem. X. Const. ed. 1670, Jun. 11. Hujus Pontificatus Const. ed. 1703, Jul. 9, P. 3. agit de jure praesidentis Conventui Gen. Et Const. ed. 1707, Apr. 2, P. 7. de praesentia divisione contra Constitutiones.

CLEMENS PAPA XI. Ad perpetuum rei memoriam.

Militantis Ecclesiae Regimini per abundantiam Divinae Bonitatis, nullo licet meritum nostrorum suffragio praepositi illa, quae pro felici Congregationum personarum Ecclesiasticarum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutarum, ac uberes bonorum operum fructus, aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium gubernio, & progressu provide sapienterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolice muniminis praesidio libenter constabimus.

Exordium.

Insequentibus Decretis declaratur quaedam casus ad tollenda suborta dubia.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Fil. Franciscus Watel Superior Generalis Congregationis Missionis, quod pro felici Congregationis, ejusque Presbyterorum Regimine, & directione in Conventu generali ipsius Congregationis, qui Mense Augusto 1703. Parisiis celebratus est, inter alia, nonnulla Decreta, per quae quaedam puncta Constitutionum Congregationis hujusmodi auctoritate Apostolica confirmatarum clarius declarantur, & super quibus aliqua dubietas exoriri poterat, edita fuerunt, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decreta praedicta Conventus Gen. 1703.

§.2. Decreta Conventus Generalis Congregationis Missionis Mense Augusto 1703. Parisiis habiti, quae Franciscus Watel Superior Generalis in eo electus, & Presbyteri ejusdem Congregationis Sedi Apostolica confirmanda supplices exponunt tenoris, qui sequitur.

Primo. Quaesitum est, in quo residere debeat potestas regendi Congregationem quo tempore Superior Generalis non potest per gravissimam, ac diuturnam infirmitatem, & per defectum iudicii eam administrare usquemodo, Vicarius eligatur. Responsumque hanc potestatem concedi a Conventu hoc generali primo Assistenti, vel Secundo, si Primus non possit cum limitationibus, quae Vicario generali praescribuntur in Constitutionibus, hujusque Decreti confirmationem a Summo Pontifice postulandam. Ut autem judicetur, an Superior Generalis eo in statu infirmitatis versetur, qui illum praestet omnino indoneum Congregationis Regimini, censuit Conventus de eo statu ab Assistentibus, a Visitatore Provinciae, a Superioribus quinque viciniorum Domorum, a Secretario, & Congregationis Procuratore, ab

De casu quo Superior Generalis, inhabilis evadat ad regimem.

Assi.



Assistente Domus, si non sit ex Assistentibus Congregationis, & a sex Sacerdotibus Domus, usque ratione vocationis antiquioribus, in qua commemoratur Superior Generalis, ac plura medietate suffragia, eaque publica judicandum, cui quidem deliberationi non intererit Primus Assistentis, vel is, cui committenda esset predicta potestas, & cui praeerit Assistentis electione antiquior.

De electione Vicarii Generalis

Secundo. Proposita haec quaestio est. Utrum Vicarius Generalis possit eligi a Conventu Deputatorum juxta ea, quae habentur Constitutionum Cap. 2. §. 3., cujus quaestio proponenda haec ratio fuit, quod a multis uni tantum Conventui Generali Vicarium Generalem eligendi potestatem in selectis a Sede approbatis crederetur. Distinctumque suffragiorum pluralitate debere a Summo Pontifice postulari a Congregatione, ut omnis circa illud negotium, vel minimus tollatur scrupulus Conventui Deputatorum, sive etiam sexcentali, si quando necessitas eligendi Vicarium occurreret ejusdem electionis faciendae jns, & potestatem competere.

De casu, quo duo existunt Vicarii Generalis, electus scilicet, & nominatus.

Tertio. Quaestum est quid sentiendum, judicet Conventus de casu sequenti, qui raro quidem potest accidere, si Superior Generalis in eo statu infirmitatis positus, Vicarium Generalem nominare deberet, ac nollet, aut non posset, & tunc Conventus Vicarium eligeret. Quaritur utrum hoc ipso Superiore mortuo capsula, in qua nomen Vicarii recluditur aperiri tunc deberet, & qui electus esset a Conventu, Vicario Generali nominato a Superiore Generali cederet locum, & curam, seu Regimen Congregationis. Responsumque super ea re ad eundem Sanctam Sedem, ut nominatio, seu electio Vicarii Generalis a Conventu facta in predicto casu firmam esse, & validam usque ad electionem novi Superioris Generalis declararetur. Tunc que capsula non aperiretur, nisi ut extracta ex illa Scheda comburatur.

De Assistenti Gen. ad regimen avocato.

Quarto. Petium fuit num deberet quoque ab eadem Sancta Sede pro Assistente ad regimen Congregationis evocato in casu, qui superius exprimitur facultas peti eandem nostram Congregationem regendi, Conventum, etiam generalem tempore a Constitutionibus praescripto convocandi, ac in eo usque ad Vicarii Generalis electionem praesidendi. Et hoc quoque postulandum esse Conventus statuit.

De facultate dispensandi suffragia.

Quinto. Quaestum deinde est, num oportet postulare a Sede pro Vicario Generali, seu nominato a Superiore Generali, sive etiam in Conventu electo, ut superius dictum est, ac pro Assistente, qui usque ad electionem Vicarii Generalis Congregationem administraret, dispensandi in actu dimissionis cum aliquibus de nostris de suis votis facultatem, cum evenire aliquando possit, ut propter magni momenti rationes, vel dimitti, vel expelli a Congregatione tunc temporis debeant, eam selecta facultatem uni Superiori Generali tribuere videantur. Responsumque eam licentiam a Sede esse postulandam.

De eligendis ad Generalatum, & alia Officia Congregationis.

Ad infantem Italiae, Poloniaeque Provinciarum postulationem nos omnes congregati una voce, & unanimi consensu declaramus, quod novo modo in hac proxime futura Superioris Generalis electione, quam propter dimissionem

a R. Admodum D. Nicolao Pierron ab Officio Generalatus factam, & a Conventu admissam intra paucos dies fieri oportere statuit, verum quoque in futuris quibuslibet electionibus neminem a Sacerdotibus nostris, qui duodecim annos post emissam vota in Congregatione transegerunt cujusvis tandem sit Nationis, & Patriae, dummodo nullo canonico impedimento irretiat, tam ab ipso Generalatu, quam a quovis alio Officio quavis ratione, & non aliis utendo regulis, quam quae a Sacris Canonibus, & nostris praescribuntur in Constitutionibus esse, vel fore excludendum, cum quilibet ex praedictis Sacerdotibus libere, & cum effectu ad praedicta Officia eligi possit, & valeat, hancque esse Constitutionum nostrarum variis a Sede approbatarum, & usque in hanc diem emanatis sanctionibus, & Brevibus ad electionem spectantibus mentem, ac intentionem Conventus Generalis agnosci, quas illibate observari statuimus.

Preces Superioris Generalis

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat praedictus Franciscus Superior Generalis Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri, ac alias opportune in praemissis a nobis provideri plurimum desideret: Nos ipsius Francisci Superioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter anuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, omnia, & singula Decreta praeserta, in eisque contenta, quaecumque auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent, supplemus, & sanamus. Praeterea excommunicationis latae sententiae poenam per quasdam felic. rec. Clementis Papae X. Praedecessoris nostri desuper in simili forma Brevis die 11. Junii 1670. expeditas Literas contra ambientes Generalatum latam ab obitu Superioris Generalis incurrendam, a die convocationis Conventus ad electionem Superioris, vel Vicarii Generalis indicti, etiam quando Conventus hujusmodi vivente adhuc Superiore Generali juxta praescriptum Constitutionum praefatarum celebrari debet, auctoritate & tenore praedictis extendimus, & ampliamus.

Confirmatio Decretorum, cum excommunicationis latae sententiae contra ambientes Generalatum vel Vicariatum Generalem.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas, ac Decreta praeserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Audi.

Clausula.

Auditors judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Congregationis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem, prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsi praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die IX. Sept. M.DCCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Dat. 1. Octob. 1704. An. 4.

LXVII.

Declaratur, Communitates Baronales status Ecclesiastici comprehendendi sub Constitutione, Clem. VIII. aliisque Apostolicis Ordinationibus rectum regimen respicientibus.

Clem. VIII. Constitutio de bono regimine Communitatum ed. fuit 1592., Aug. 15. P. 1. Hujus Pontificatus Const. ed. 1701. Mij. 4. P. 1. electus fuit Praefectus Congregationis Boni Regiminis. Et Const. ed. 1714. Mar. 24. P. 14. agitur de arte agraria.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Lis inter Barones, & Communitates super oneribus Cameralibus.

Reverendissimo Cardinale Imperiale Praefecto delle Congregazioni de' Sgravi, & Buon Governo delle Communita del nostro Stato Ecclesiastico. Per togliere Noi gli abusi, & dar opportuno rimedio a i gravi pregiudizj, che da i Baroni del nostro Stato Ecclesiastico, o loro Ministri erano stati introdotti, & si apportavano alle Communita delle Città, Terre, Castelli, ed altri luoghi da essi Baroni posseduti nel detto nostro Stato, particolarmente nel ripartimento de' pesi Camerali, rinovammo la Congregazione particolare altre volte dalla sa. mem. di Innocenzo XI. nostro Praedecessore deputata per decidere, & terminare la controversia tra le dette Communita, & i loro Baroni sopra di ciò da lungo tempo ancora indecisa pendente, nella quale più volte esaminatesi, & maturamente consideratesi le ragioni dedotte per parte delli detti Baroni, finalmente nel di 19. Decembre 1702. a tenore della resolutione prefata, fu pronun-

ciato essere li detti Baroni tenuti al pagamento del Sussidio Triennale, & di altri pesi Camerali, come sono tenuti, ed obligati gli altri Cittadini di essi luoghi, tanto per li beni posseduti nel tempo dell'Imposizioni di detti pesi, quanto per gli altri dopo acquistati, & da acquistarsi, alla qual Sentenza vogliamo sempre si abbia relazione; dalla qual Sentenza appellatisi i detti Baroni alla nostra Signatura di Grazia, parve a questa, tenutasi avanti di Noi nel giorno 22. Maggio dell'anno 1703. proflimo passato, di negare alli detti Baroni, anche in devolutivo, l'appellazione, emanandone rescritto: Nihil, & desiderando Noi, che con la maggior possibile sollecitudine avesse il detto Giudicato il suo effetto, coll'astriungere i detti Baroni al pagamento delli pesi sudetti, deputammo altra Congregazione particolarmente per esaminare il modo, con cui potesse più facilmente, & spedatamente ottenersi l'esecuzione, quale tenutasi avanti di Voi essendo stata di parere doverli deputare, & trasferire i Commissarij, & Visitatori Apostolici in ciascuna Città, Terra, e luogo Baronale, con facultà di far firmare, allibrare, & descrivere ne' pubblici Catastri tutti i Beni da essi Baroni in quelli posseduti, di riveder le Tabelle di dette Communita, correggerle, & riformarle, & di nuovo ordinarle, & di far tutt'altro, che da detti Visitatori si fosse giudicato necessario, perche siano i Beni di detti Baroni tassati egualmente, che gli altri de i Cittadini, & Abitanti de i sudetti luoghi, & che siano altresì i medemi Baroni astretti al pagamento de' pesi per la rata ad essi toccante, & riferitoci da Voi il sentimento di detta Congregazione, ci compiacemmo d'approvarlo, siccome accio fosse pienamente eseguito, deputammo per Commissarij, & Visitatori de' sudetti luoghi, diversi Prelati, concedendo loro ogni necessaria, ed opportuna facultà, ed autorità di riconoscere lo stato delle Communita di detti luoghi, riformare, & correggere i Catastri in quelle esistenti, & dove non si trovassero, ordinare, & di nuovo si facessero, prendendo l'assegna de' Beni, tanto dagli Ecclesiastici, quanto da' Baroni, & da altre qualsivoglia Persone, & facendo quelli firmare, allibrare, & descrivere ne' pubblici Catastri, di far nuove Tasse, & ripartimenti de' pesi Camerali sudetti, di modo, che al pagamento di quelli debbano concorrere tanto gli Ecclesiastici Secolari, & Regolari, quanto ogni Barone, & qualunque altra Persona, benchè privilegiata, di rivedere le Tabelle di esse Communita, correggerle, riformarle, & di nuovo ordinarle, & con altre facultà diffusamente espresse ne i nostri Brevi sopra di ciò spediti, a quali in tutto, & per tutto debba averli relazione; Ed avendo non senza gran nostro dispiacere sentito, che nella visita de' detti luoghi siasi riconosciuto, che la maggior parte delle dette Communita siano state notabilmente pregiudicate per la cattiva amministrazione de' Ministri, ed Officiali de' Baroni, & delle sudette Communita, anzi in alcuni contratti fatti con i medemi Baroni enormissimamente lese, & che ne i detti luoghi Baronali non vi siano Tabelle, o quelle formate senza la dovuta buona regola. Ed essendo stati rappresentati li detti pregiudizj, ed altri abusi in danno delle sudette Communita nella Congregazione avanti di Voi tenuta, la medesima sia stata di sentimento, non ostan-

Causa praesentis Clusegraphi.